

## Alte Drucke

### **Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauina[m]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...**

**Paulus <Castrensis>**

**Lugduni, 1553**

De conditionibus incertis tam legatis quam fideicommissis & libertatibus.  
Rubrica.

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150738**



actio. & vide hic q. no. per Bar. in l. qui Rom. §. flauus. de ver. obli. In gl. ibi: respondet vltim. actionem habet secundus. tu dic q. nullam habet contra primum: sed legatum remanet pœnes heredes cū onere dādi secūdo. si verò agnouit & nō recepit, tūc dā. tū ille liberat cedēdo actionē cōtra heredē. si verò recepit, datur cū esse fructu: quia cogit soluere secūdo: & ita nō. in d. l. imperator. de leg. ij. & in l. si de cōmissum. de leg. j. In ea. glo. ibi: [petere non potest. supple nec olim, nec hodie. non enim per istam legem corrigitur illa. l. si quis sub conditione. In tex. in vers. [si verò legato.] ponitur casus: si legauit tibi fundū vt centū quæ tibi debebā nō petas ab hærede meo: & tu fundū acceptasti: & nihilominus vis agere: hic dicitur q. vsq. ad valorem fundi repelleris per exceptionē. vltra nō: quia non potes in plus grauari quā fueris oneratus. Sed contrā. quia acceptādo legatū videris tantū æstimasse fundum quantum debebam. Sol. dic & declara vt habetur in l. Imperator. de leg. ij. & secundū ibi not. pone casum in isto. §.

De conditionibus incertis tam legatis quam fideicommissis & libertatibus. Rubrica.

- 1 Numerus pluralis verificatur in singulari, & quando procedat.
- 2 Nepos etiam ex filia continetur appellatione liberorum: & quid appellatione filiorum: & num. 6.
- 3 An comprehendatur appellatione liberorum masculorum, si dicatur si decesserit sine liberis masculis?
- 4 Nepos vel neptis ex filia sicut comprehenditur appellatione liberorum, an ita etiam dicatur de generatione illius?
- 5 Si fiat concessio feudi vel emphyteusis alicui recipienti pro se & suis descendens usque in tertiam generationem, & ipse decessit cum nepote ex filia, an ille dicatur ex sua generatione?
- 6 Nepos vel neptis ex filia, an dicatur de generatione aui materni?
- 7 An mulier generet, an autem uir habita nominatione ab agente?
- 8 Testator si dicat si decesserit sine liberis ex suo corpore descendentes, an sub istis uerbis comprehendatur nepos, vel neptis ex filia?
- 9 Dicitur ex: quod significet causam propinquam.
- 10 Nepos ex filia si non fuit heres institutus, vel poluit vel non potuit esse heres, an faciat de facere conditionem si decesserit sine liberis?
- 11 Quid in conditione si decesserit sine heredibus?
- 12 Verbum heres quod debeat sumi pro hærede universali.
- 13 Habens filium masculum & feminam, si cum in certa quantitate instituat, & masculum universalem heredem instituit, & si decesserit sine liberis uoluit bona sua deuincire ad primum locum, an nepos filius masculi ex filia prædesunda excludat primum locum?

LEX I.

- 1 **C**um testatorem. Non videtur decessisse sine liberis, qui vnici nepotē ex filia reliquit. h. d. cōcordat. l. cōgnoscere. §. liberorum. ff. de ver. sig. & de pollic. l. si. In tria. primò, q. numerus pluralis verificatur in singulari. quia dicitur decessisse cū liberis. q. vnū tūm reliquit: in cōtrariū facit: q. pluralis numerus saltē duos vel tres requirit. l. ubi numerus. ff. de testi. & de optio. leg. l. j. seu. ij. & l. si. ad treb. Breuiter verū est. nisi eadē rō sit in vno tūm quē in pluribus & ita erat hic. quia nō erat credendū testatōrē voluisse præferre extraneū suæ posteritati. etiā si sit vnus de sua potestate. l. cū acutissimi. s. de fideicōmiss. facit. l. ij. §. j. ff. de neg. ge. ubi verba edicti. p̄toris loquētia de gerēte negotia aliena verificant in gerēte vnū tūm: & vide ibi cōcordatias in gl. In secūdo nō. q. nepos ex filia cōtinet appellatione liberorū. Sed pone q. dixit si decesserit sine liberis masculis, an cōprehēdatur appellatione liberorū masculorum? videtur q. sic: quia est de liberis: vt hic. & est masculus ergo &c. vt in vli. seu. in ti. de eo qui sibi & heredibus suis masculis et feminis &c. ubi videtur casus. In cōtrariū videtur determinare Spe. in ti. de legato. §. nunc verò aliqua. ver. ex l. vj. ubi videtur tenere q. quando adiicitur istud verbum masculis, senserit de masculis. descendētibz ex masculis. Breuiter in cōcessione feudi vel emphyteusis si fieret Titio recipiente pro se & suis liberis descendens masculis, deberet intelligi illo modo: ita loquitur Spe. per naturam eius q. cōceditur, sed in termino huius l. teneo primam partem. licet Bal. hic nō bene declaret. Item querit an nepos vel neptis ex filia sicut cōprehendit appellatione liberorū, ita etiā dicatur de generatione illius, vt si fieret cōcessio feudi vel emphyteusis alicui recipienti pro se & suis descendētibz vsq. in tertiam generationem, & ipse decessit cū nepote, vel nepte ex filia, an ille dicat ex sua generatione: his diebus

habui consilere. quia quidam tenebant q. non. per rationem quæ ponitur in glo. quia ille sequitur familiam sui patris non autem aui materni mortui. vt in l. liberos. ff. de senato. & pro hoc l. ij. in fi. ff. de iure immuni. ubi immunitas concessa alicui & suis postea b. ris ad nepotes ex filia non extenditur. pro hoc videtur tex. in c. vbiq. de pœnis. li. vj. In cōtrariū est veritas. & expressē hoc tenet Specu. in titu. de loca. §. nunc verò all qua. ver. clv. seu. viij. nec ob. leges in contrariū allegatæ. quia in honoribus & in dignitatibus quæ cōceduntur propter honores, fateor hoc verum q. non comprehendunt tales nepotes, sed restringuntur verba ad illos qui sunt de familia cui facta est cōcessio. & sic ad descendētes ex masculis. & eo dem modo in pœnis legalibus impositis alicui & suis descendētibz vsq. in secundā & tertiam generationem: propter hæresim vel lesā maiestatis crimen. vt non extendatur ad descendētes ex filia. per rationē quæ colligitur ex l. quisquis. j. ad leg. Iul. mafe. sed in concessione emphyteusis in qua succedunt masculi & feminae de iure cōmuni, etiam si sit ecclesiastica, vt in authen. de nō alie. §. emphyteusim. j. dico quod nepos vel neptis ex filia dicitur de generatiōe aui materni: quia est generatus ab eo mediante filia. vt etiam patet ex illo tex. in vers. suscepit. ex quo colligitur q. auus maternus dicitur suscipere nepotem ex filia: & ista suscepio nihil aliud est quā generatio. Quidam autem dicebant q. mulier nō generat: sed vir habita nominatione ab agente, non a patiente. quod fatuū est dicere: imò æquē principaliter generat mulier sicut masculus: cū generatio fieri nō possit sine vtroq. vnde dicunt naturales quod pater præbet formam, mater autem materiam. & in re generata æquē principalis est materia sicut forma: imò se habet per prius: quia sine materia non potest esse forma: sed econuerso sic. & si aliud diceretur, sequeretur quod Christus non fuisset de generatione Dauid generatus ex feminis quæ fuerunt de stirpe Dauid: non autem ex masculis. quia patrem in terris non habuit. & tamen Euangelium vult contrariū ibi: liber generationis Iesu Christi filij Dauid. ubi vult ostendere quod fuit de generatione Dauid. Item sequeretur quod nō fuisset homo si mater non generasset. quod est hæreticum dicere. & per istas rationes consului pro ista parte. quæ est ipsa veritas. allegando istum tex. in verb. [susceperat.] j. per quem etiam tenebat Bal. si diceret testator si decesserit sine liberis ex suo corpore descendētibz, an sub istis verbis comprehendatur nepos, vel neptis ex filia? videtur quod non. quia dicitur ex, significat causam propinquam. vt nota. in lege, prima. supra, si seruus extero. sed nepos vel neptis ex filia non descendunt immediatē ex corpore aui materni. In contrarium facit iste textus, secundū Baldum, quia auus maternus dicitur ipsum suscipere ex filia. Nam malleus, vel instrumentum licet faciat domum, nihilominus & faber. vt nota. infra, de acquirenda possessione. lege, per procuratorem. vide de hoc per Bartolum, in lege, liberorum. circa finem. de verborum significatione. qui videtur tenere idem in l. Lucius. la. ij. ff. de heredibus institutis. & Bal. allegat glo. in authenti. de non eligen. secundò nu. §. cum igitur. Tertio & vltimò not. quod appellatione liberorum comprehenduntur nepotes. quæ intellige omnia de proprio significato. non sic de appellatione filiorum. nisi de improprio. & per extensionem: vt in l. iusta. de verborum significatione. quod dicit vt plenè per Bartolum, in dicta lege, liberorum. largius enim est significatum filius verbi liberorum. j. vltimò queritur. textus, dicit quod iste nepos ex filia fuit institutus, & sic erat de liberis: & erat hæres institutus. quid si non fuisset institutus,

Appellatione liberorum. Adde Io. An. in addi. Spe. super rubric. de testa. & super hoc cōsulerunt Pe. de Ancha. Anto. de Butri. & Sal.

In qua succedunt masculi & feminae. Adde Car. zab. in c. potuit. de loc. Bal. in j. cōsti. seu. & si quis accipit. emphyteusim pro se & filijs suis an comprehenduntur filie feminae? vide Alex. cons. incip. cle metissimum. Deum in fi. in col. in iij. v. o.

Et quid si pater accipit emphyteusim pro se & filijs legitimis? dicit quod talia verba filijs legitimis, nō intelligunt de filijs masculis tantū, sed etiā de feminis. ita expressē declarat Io. in c. Raynaldus. de test. & ibi Anto. de But. in ij. col. & per Alex. de Imo. cōsti. l. v. incip. pōderatis his que in themate narratur. i. pen. col. in iij. volu.

Dicitur ex. Adde Bar. in l. j. §. ex incendio. ff. de incendi. rui. nau. Bal. in l. de pecoribus. C. ad l. Aquil. Ioan. An. & Ab. in c. qualiter. de ele. & in c. inter dilectos. de si de instu. Pe. de Ancha. in c. si propter tua de bita. de rescri. lib. vj. Anto. de But. in c. j. de cler. pug. in duell. Io. de Ana. in c. de cetero. de homi. Parb. in rub. de consti. Oldr. cons. xlix. incip. Con sicut dubitari.



# Pauli de Castro Secunda super Codice.

**Intellectus.** Adde Bar. in l. apud antiquos. C. de sur. Bar. in l. Marcellus. ff. ad Tre. Bal. in Letiam. ff. de auctor. tuto. & gl. in c. quibus. de vfu.

re q. decessit cu liberis. sed dubium est qd si dixisset si decesserit sine heredibus. na istud verbum appositum in conditione restringit ad liberos: vt est casus no. in l. ex facto. §. si. ff. ad Treb. An ergo requiritur q. sit de liberis, & quod etiam sit heres? glo. ibi videt tenere q. sufficiat primum: & sit perinde ac si dixisset si decesserit sine liberis. in contrarium facit tex. in aut. de no. alle. §. emphyteusim. vbi si sit concessio alicui & suis liberis & heredibus, non transit ad liberos. nisi etiam sint heredes. ppter istud verbum heredes. quod etiam tenet Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberis. ff. de ope. lib. Bal. hoc tangit. & videtur sentire q. qn istud verbum apponitur in conditione, debeamus tenere glo. quae est in d. l. ex facto. §. si. vt sufficiat q. sit ex liberis: licet non sit heres, quantumq. dixerit sine heredibus. sed quando opponitur in concessione emphyteusis, vel feudis, requiritur q. sit de eis: & quod sit heres. An autem requiratur q. sit heres vniuersalis in toto, vel in quota, an autem sufficiat q. sit institutus in aliqua re, vel quantitate, & sic sit particularis? Bar. tenuit q. hoc vltimum sufficiat: sed Bal. tenuit contrarium in l. liberi libertate. §. de ope. liberto. reprehendens Bar. per l. quidam. §. j. vel ij. ff. de eden. quia verbum heredibus, debet assumi in potiori significato. & sic in herede vniuersali, non particulari: qui non dicitur proprie heres quando habet heredem vniuersalem. vt l. quoties. §. de here. insti. Idem Bal. tenuit cu Bar. in c. j. de suc. feud. & istud videtur tutius. quia Bar. multas rationes adducit ad probationem suae opinionis. Do. Rapha. tangit hic vnam q. quia ego vidi arduam: & in qua consuluerunt quasi oes doctores. Italiae: & etiam collegia. aliqui pro vna parte, aliqui pro altera. Quidam habens filium masculum & filiam feminam, illam instituit in certa quantitate, & masculum vniuersalem instituit heredem: & si decesserit sine liberis, voluit bona sua devenire ad pium locum. iste filius masculus decessit cum nepte ex filia praedefuncta, dicebat pius locus extitisse conditionem fideicommissi: quia testator non censetur cogitasse de nepote ex filia. tali ratione: nam cum ipse haberet filiam, voluit pium locum illi filiae preferre. qd pater: quia ipsum pium locum substituit post mortem filij: non autem ipsam filiam. si ergo voluit pium locum preferre filiae suae, multo magis nepoti ex filia istius filij: quia non praesumitur pius illam nepotem dilexisse: quam filiam suam. Nec ob. iste tex. quia debet intelligi extra istos terminos, quando testator non habebat filiam, quam praeposuisse substituto. & istam partem tenuit do. Rapha. Alij dicebant contrarium. quia iste tex. loquitur generaliter. & si aliud diceremus q. si iste filius decessisset cu filia femina, ista filia non excluderet substitutum: quia subesset eadem ratio. quia non est veri simile quod testator dilexerit plus nepotem ex filia quam filiam propterea. si vna matre. circa mediū. j. de bo. ma. & tamen temerarium hoc esset dicere per l. cum acutissimi. §. de fideicō. vbi filia grauat excludit substitutum. sicut & masculus. Sed ad istam rationem posset responderi per. s. verum esse. nisi in terminis appositae qd. qn habebat filiam quam postposuit substituto. finaliter qd. fuit terminata per concordiam ppter contrarietates doct. consulentiū. Ego fui primus consultor p ista parte & pro loco pio: tamen postea nunquam volui amplius consulere. licet pluries requisitus. quia multorum consilia in contrarium fecerunt me in dubitationem incidere. licet pro parte pro qua consului totum Florentinum collegium consuluerit. & etiam omnes aduocati curiae romane: qui erant plures & solennes: Bononienses & Perusini consuluerunt pro alia parte.

**Si testator instituit filiam nuptam, & facit legata sub conditione, vel in diem, & iussit ea cauere, si non diuerit a marito, non videtur exonerata a cautione si diuerit.**

**LEX**

**II.**

**Um patremf.** Argumentū a contrario sensu non debet sumi qn resultat prauus intellectus. ad hoc semp allegat. l. conuenticus. ia. de epis. & cle. vel proprius ad literam. h. d. iussa cauere si non diuerit a marito, non videtur exonerata a cautione si diuerit. h. d. quia sequeretur prauus intellectus a contrario sensu. Praemitte ad euidenciam q. pro legatis factis in diē vel sub con-

ditione potest heres compelli ad cauendum conditionem vel diē deinde de soluendo illis aduenientibus: vt in toto tit. ff. de C. de leg. no. ca. Secundo praemitte q. testator potest heredes exonerare a dicta cautione: vt in l. scire. j. vt lega. no. ca. Pone ergo q. testator instituit filiam nuptam, & fecit legata sub conditione vel in diem, iussit eam cauere si non diuerit a marito, quod validum est iuxta re regulariter. l. j. §. huius rei. de offi. eius cui. man. est iussit adhibere videbatur exonerata a cautione. Ista non diuerit, & non videtur debet cauere, dicens se fuisse exoneratam a cautione sub conditione si diuertere possem illa conditione inspecta non diuertere: remaneret exonerata. quia illa conditio diuertere est turpis: & reprehendenda. §. de insti. & substi. Si ergo essem exonerata ex illo quo fuissem mihi relicta expressa exoneratio ista sub conditione, ergo idē si relicta mihi, a contrario sensu. vnde licet non diuerterim, cauere non debeo: hic dicitur contrarium: quia non est verum videat exonerata a contrario sensu sub conditione si diuertere: illa conditio est turpis: & testator esset reprehendendus: vnde debet sumi iste contrarius sensus. & per consequens argumentum non tenet. debet ergo cauere postquam non diuerit. hoc de ista l. scrupulosa. in tex. & glo. ponit casum. sed non ita clare.

**Conditio si nupserit arbitrio Titij, an reijciatur de legato: vel legatum parum? & quid si ille Titius moriatur antequam nubat?**

**LEX**

**III.**

**I ea conditio.** Si conditio mixta de cō. factio eius qui debet implere, legatum non debet. h. d. Item si per calumiam in legibus sequentibus. quas leges plene examinauit dicit in l. j. §. de insti. & substi. Oppo. glo. in ista l. legatum. de l. pia. §. j. de lega. j. per quē videtur q. licet decesserit ille cui debet nubere, non deficiat conditio, nec legatum. Bar. dicitur de decedat viuentē testatore, & tunc illa conditio tanquam potestas non vitiat legatum, sed vitatur. vt in l. contraria. aut post mortem & loquitur hic. glo. reprehendit. & bene nam tunc esset conditio impossibilis: & reijceretur si tempore testamenti ille esset mortuus quia impossibile semp fuit quod possit nubere iam mortuus: si tunc viuebat, illa conditio fuit possibilis a principio. si per eam implere viuentē testatore, & etiam post mortem. vt in l. conditio. la. j. de condi. & demon. si ergo postea moriatur: & tunc tur impossibilis, ex postfacto dicitur defecit conditio, & deficiat legatum. vt hic. non sit distinctio an in vita, vel post mortem. ob. l. turpia. §. j. quia ibi ppter aliud alia conditio erat iurata turpis. Nā reliquit mulieri si nupserit arbitrio Titij alia conditio est contra libertatem matrimonij: vt in l. eū tale. §. relictus de condi. & demon. debet enim matrimonium esse liberum, vt nuberet sensum suum. ideo reijciatur de legato: & reputatur parum. si ergo ille cuius arbitrio debebat nubere, mortuus est: legatum non deficit: quia defectus conditionis inutilis non vitiat conditionem si ueretur, & posset nubere arbitrio illius, non teneretur ipsum nuptum. & nubendo sine ipso consequeretur legatum: & ille est casus illius §.

**Mulier nupta quod non exeat de potestate patris, licet transeat in potestatem viri quod ad obsequia matrimonij.**

**Episcopus dignitas, vel ingressus monasterij liberat a patria potestate.**

**LEX**

**V.**

**I vxorem tuam.** Quod ad acquisitionem legati inspicitur tempus quo dies eius cedit. hoc dicit. Die vt plene habet in legata. de regu. iur. j. & allegatur ista lex q. mulier nupta non exiit de potestate patris, licet transeat in potestatem mariti quod ad obsequia matrimonij: tamen quod ad effectus iuris patriae potestatis, remanet in eadem: & hoc in matrimonio carnis licet: sed in spirituali, vt si efficiatur Episcopus, vel ingrediatur monasterium, exiit de patria potestate: vt in authent. si episcopus dignitas. supra de episcopo. & cleri. & no. glo. in l. si ex causa. §. p. p. inianus. ff. de minorib.

**Conditio si ascenderit capitulum, an sit in diuina?**

**Conditio dandi uni an possit pro parte impleri, ut quis partem legati consequatur?**

**LEX**

**VI.**

**I plures.** Conditio consistens in facto in diuina pluribus appolita potest per vnum impleri alij contradicentibus vel negligentibus: sed tunc soli prodest vt partem legati consequatur, non autem alij. h. d. in effectus.



in effectu. & Pet. repetit hanc l. & tractauit materiam ti. de condi. & demon. & est pulchra & subtilis repetitio valde. Gloss. ponit casum duobus modis. In primo est conditio indiuidua, & communis omnibus. puta si domum fecerint. videbatur enim quod cum omnibus fuerit apposta. omnes deberent eam simul implere: & vno implere non deberetur legatum alicui. Alij forte dicebant quod sufficiebat eam implere per vnum legatum purificetur, etiam quo ad alios. Imperator tenet mediam viam: ut vnus possit implere, licet conditio fuerit apposta pluribus: quia vna pluralitas resoluitur in plures singularitates. & est perinde ac si cuiuslibet eorum fuisset apposta. l. falsa. §. si. de condi. & demon. tamē non purificatur legatum nisi quo ad se. ut patet suam possit petere. non quo ad alios, qui nihil petere poterunt. Sed vtrum portiones aliorum accrescant isti implenti? text. iste innuit quod non. ibidem dicit. [& pro portione sibi contingente accipere.] Breuiter puto dicendum quod si alij vellent postea soluere partem impensarum quae tangebant eos, non accrescant illi implenti: sed possint illi petere. sicut si simul implerent. arg. in l. si. de iure do. imp. si vero accusauerint dato eis termino ad instanciam implentis, tunc faciunt se alienos a portionibus suis. l. si legatario. ff. de fideicō. lib. & sic accrescant illi implenti. ¶ Secundo modo ponit casum glo. sub illa conditione si ascēderint capitoliū. quā glo. dicit esse indiuiduam. sanē intellige. scilicet singularem in persona cuiuslibet. quia quilibet potest ascendere. & ascēsus vnus non est ascēsus alterius. etiam si simul ascēderent: quia sunt diuersi ascēsus. Non sic in constructione domus quae est vnica. etiam si fieret ab omnibus simul: non autem intelligas quod sit indiuidua per se: quia non potest quis ascendere capitoliū pro parte. ¶ Tunc autē diceretur proprie loquēdo quādo consisteret in dando: ut si descēderint. & tunc quilibet potest implere pro parte sua. & consequetur partem suam legati. l. si duobus. de condi. & demon. Sed si esset appositum tantum, ille non posset implere pro parte, etiam ut consequatur partem legati: ut in gloss. si. nec etiam si decederet pluribus haeredibus relicta posset vnus implere pro parte. ut consequetur partem legati. l. cui fundus. in si. de condi. & demon. ¶ Et si dicatur istud non posset procedere: quia si decēdit antequā impleteretur, deficit conditio: & legatum conditionale ad heredes non transmittitur: unde etiam si vellent omnes implere, non possunt legatum petere: quia est extinctum: quomodo ergo potest procedere illud quod dicitur in l. cui fundus. in si. de condi. & demon. dicit Pet. quod debet intelligi quando legatarius obtulit antequam decederet, & haeres recusauit recipere. & sic conditio habetur pro impleta quātum ad hoc ut purificetur legatum. per l. seq. ibi nisi & ipse oblatus pecunias non suscepit. attamē legatarius si vult ipsum habere, habet necesse soluere. si haeres poenitentia ductus vult recipere: quia sic potest sibi consulere per viam retentionis. nec obstat. l. seq. in eo quod ibi dicam: quia ibi nihil restabat agendum per haeredē: cum libertas iam competere sic. scilicet soluere vel tradere re legatam. quam soluere non tenetur, nisi pecunia tota sibi soluta: etiam si de vno legatario peruerum fuit ad plures haeredes. ut est casus ibi singularis: secus quando fuisset apposta pluribus ab ipso principio. ut dicam in l. seq. Limita hanc legē. nisi aliter appareat de intentione testatoris. quod noluit eam habere pro impleta, nisi omnes simul impleant. vel quod voluerit habere pro impleta quo ad omnes: etiam si vnus solus impleuerit. ff. de manu. test. l. si fuerit. in prin. & versi. quod ex his. Itē quod dixi in conditione dandi vni non posse pro parte impleri, etiam ut partem legati consequatur. fallit quando legatum scinderetur per contratab. vel alio modo. Nam etiam tunc vnus conditionis scinderetur. ff. de condi. & demon. l. Plautius. & l. pen. §. j. quod dicitur ut ibi &c.

2 Plura specialia in legato libertatis.

3 Condicio dandi si est adiecta in legato, & ille cui dari debet semel oblatus pecuniam recipere recusauit, an ille qui debebat implere liberatus sit ab implemento?

4 Condicio si dederit meo haeredi, an etiam possit impleri in haerede haereditatis?

5 Ille qui habet implere conditionem in personā alterius debet accedere ad illum, nec debet expectare quod ab eo petatur, ut conditio pro impleta habeatur.

6 Debitor an teneatur accedere ad creditorem ne sit in mora?

# LEX VII.

1 **V**m quidam ¶ Condicio dandi legato libertatis adiecta, si casu vel facto eius cui dari debeat impediatur, vel deficiat, habetur pro impleta quātum ad hoc ut libertas statim compe-

tat, sicut si impleta foret. secus si facto serui, remanet tamē seruus obligatus ad dandum quando casu deficit: secus si facto eius cui dandum erat. h. d. tota lex. ¶ Et sic in legato libertatis plura sunt specialia: primum est quod licet ista conditio dandi sit mixta, tamen si deficit per casum, non habetur pro defecta. regulariter secus: ut s. eo. l. legatum. & l. cum ita. de condi. & demon. Secundū est. quia licet consistat in dando quātum in genere: & sic licet impediat dare vnā quantitatem, posset dare alterā: & per consequens non posset dici defecta, sed impedita. tamen habetur pro impleta quātum ad hoc ut statim cōpetat libertas. regulariter secus. l. quae haereditas. in. si. eo. tit. ff. vbi non debetur legatum quousque conditio quae non potest impleri, fuerit impleta. ista autem potest adhuc impleri. & tamen sufficit quod seruus casu fortuito fuerit impeditus implere: & hoc quando perit quantitas quam parauerat solutioni. & sic apparet de ipsius diligentia. non sic si quantitatem non parauerat, nec parare potuerit: ut hic in gl. quae incipit: [quid autem.] Tertium est. quia remanet obligatus ad dandum: & sic illud quod est in conditione, est etiam in obligatione. & potest peti conditione ex ista. l. regulariter secus. l. si quis sub conditione. §. si quis. ff. si quis omni. cau. test. Quartū est. quia si consistebat in dando certam speciem, licet illa sit perempta non est liberatus iste seruus ab obligatione: sed tenetur aestimationem soluere: regulariter secus. ut in. l. si ex legati causa. ff. de verb. obl. vbi per interitum speciei non subsistente mora vel culpa debitoris liberatur debitor. Quintū & vltimū est. quod ex gestis in seruitute tenetur iste liber factus. regulariter secus. ut s. an seruus ex suo facto. per totum. Et ista colliguntur ex gl. magna. quae incipit: [aliud est in cōtractibus.] quae per praedicta remanet declarata. vno excepto: de quo statim dicam. Nam praedicta vera quando casu fortuito impletur. si autem facto serui implere debentis, habetur pro defecta: nec hic est aliquid speciale. Si verò facto eius cui dandum erat, habetur pro impleta: nec etiam hic est aliquid speciale: quia regulariter idem est. ut s. de inst. & subst. l. j. & l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. ¶ Sed aliud est hic singulare: quia si semel oblatus pecuniam vel speciem recipere recusauit, liberatus est ille qui debebat implere ab implemento. & habetur conditio pro impleta: & licet postea poenitentia ductus vellet recipere, non tenetur ille amplius ei offerre: etiam si pecunia vel res oblata non sit perditā. secundū verā opinionē Io. quam recitat gl. quae incipit: [tres casus.] in prin. & istud est verū etiam in alio legato quam libertatis. Regulariter autem per obligationē solā debitor non liberatur non sequuto interitu. l. qui decē. ff. de solu. imō requireretur. & si non solueret, cōstitueretur in mora. & prior mora creditoris tolleretur, quia vltima mora nocet. ut l. illud. ff. de pericu. & cōmo. rei ven. & hoc vult ista gl. mag. quae incipit: [aliud.] in prin. Quod autē dixi sufficere obligationem semel factam, & non teneri amplius offerre, procedit. quando conditione impleta vel habita pro impleta nihil restat sciendū per haeredē. ut in legato libertatis, quae statim cōpetit. & sic executio facta est. Si autem restaret, ut in legato alterius rei, de qua licet transeat dominiū: restat tamen possessio poenae haereditatis: & sic potest agi ut eā tradat. tunc si agatur, potest haeres per viā retentionis sibi consulere ut non cogatur tradere nisi sibi soluat, licet semel oblata recusauerit. Iste est casus singularis secundum intellectū Pe. in l. cui fundus. in. fin. de condi. & demon. de quo per eū. in. l. si. j. eo. ¶ In prin. l. ibi: [si suo haereditas.] Ista conditio si dederit meo haeredi, potest impleri etiam in haerede haereditatis. l. sub diuersis. §. si. & l. cum ita datur. §. si. ff. de condi. & demon. secus si tercio non haeredi dandū erat. Nam si ille moriatur antequā sibi detur, habetur conditio pro defecta. & deficit legatum: quia non potest impleri in persona haereditatis eius. ut in. d. l. cū ita. in prin. quia sibi est soluendum respectu suae personae: ideo personam non egreditur. Sed quando haeredi testatoris, tunc est soluendum tanquam haeredi. & respectu haereditatis: quae tamen transeat ad secundum haeredem, & ad ceteros in infinitum, etiam potestas soluendi ad eos transit. ¶ In tex. ibi: [properabat ad haeredem.] No. hic quod ille qui habet implere conditionem in personā alterius, debet accedere ad illum: nec debet expectare quod ab eo petatur, ut conditio pro impleta habeatur concor. de condi. & demon. l. tales. §. si. ¶ Quid autem in debitore, an debet accedere ad creditorem, ne sit in mora: an expectare quod creditor ipsum interpellat, & prius non sit in mora? dicitur ut plenē not. in. l. Item illa. ff. de consti. pecu. In tex. ibi. [omnino competat.] dicitur statim, videtur contrarium. Iquod videretur defecta conditio:

Pp



# Pauli de Castro Secunda super Codice.

& sic libertas non deberetur. vt. s. eo. l. legatum. vel si non habere tur pro defectu, saltē non haberetur pro impleta quousq; aliā pe cuniam solueret, vel aestimationem rei perditā: ad quā remanet obligatus. vt. j. circa si. Contrariū tamen est. & sic sunt duo specia lia fauore libertatis vt nō habeatur pro impleta & statim libertas competat. In tex. ibi: [non abstrahatur. Jdē cum isto verbo iun ge ver. [obnoxius tamen. Jqui est. j. vsque in fin. l. Et postea res deas ad seq. ver. ibi: [ex quacunque igitur causa. & c. Jvbi cōclu dit. quia ille tex. est transpositus & inordinatus. & c.

## De usuris & fructibus legatorum, seu fideicom missorum. Rubrica.

<sup>1</sup> In legato uniuersitatis: ut greges, ueniunt fructus ante moram percepti. Quid in re singulari? & n. a.

LEX

II.

**E**gatorum. In actione ex testamēto ve niunt usurae à tempore litis contestatae si mora non praecessit contestationē, & etiam fructus percepti & percipiendi. h. d. ista lex cum. l. si. j. eo. sed si mora praecessisset, veniret ex tempore morae. simile in. l. vna cum ibi no. ff. de tritica. videba tur autem q in actione ex testamento cum sit stricti iuris, qā nō numeratur inter actiones bonae fidei. Insti. de actio. §. actionum. non venirent usurae etiam ex tempore litis conte. si non fuerunt promissae per stipulationem. vt. s. de condi. inde. l. j. in fi. sed respō de q licet sit stricti iuris, in hoc tamen habet instar bonae fidei. in qua veniunt usurae post moram: vt in. l. mora. §. in bonae fidei. ff. de usuris. iuncta. l. in minorum. cum ibi no. s. in quibus cau. in in reg. resti. non est neces. & ibi no. in gl. fi. Sed contra. quia non pōt esse quā interueniat mora ante contestationem, cū debeat prece dere datio libelli. per quam aduersarius videtur in mora cōstitui nam ad ipsam sufficit interpellatio etiam extrajudicialis: vt no. in l. si ex legati causa. de verbo. obli. fortius debet sufficere iudicia lis: sed inter dationem libelli & contestationem longum tempus potest interuenire: narrat enim Spe. q sibi fuit cōmissa certa cau sa in qua fuit datus libellus ante natiuitatē eius, & tamē adhuc nō erat lis contest. Sol. dic vt no. per Bar. in. l. denuntiasse. in prin. ff. de adul. qui dicit q per dationē libelli cū dirigatur iudici nō par ti, non inducitur interpellatio, nec mora aduersarij: licet secus in interpellatione extrajudiciali: quae sit ipsi parti. Item opp. in quan tū loquitur de fructibus qui veniunt à tempore contestationis, vel morae: quia imō videtur q veniunt à morte testatoris: cū sint percepti ex re legatarij. l. Hærennius. ff. de usu. Solu. intellige hic quando fuisset legata res aliena, vel improprie testatoris. & intel ligatur de fructibus non perceptis: sed percipiendis. aliās proce deret contrarium. ita intellige gl. in. l. si. J. Distingue ergo in lega to vt fideicommissio singulari. aut fuit legata vniuersitas, puta grex equitum, vel armentum, & tunc quia ex fructibus augetur vni uersitas, veniunt fructus ante morā percepti. l. j. de usuris. aut fuit legata res singularis: & tūc aut erat aliena, nō testatoris: & veniunt fructus à tempore morae: aut erat testatoris. & tunc loquimur de non perceptis: sed percipiendis, seu qui percipi poterunt: & idē aut de perceptis, & veniunt etiam ante moram: si tamen sunt cō sumpti, & hæres erat bonae fidei: quia ignorabat rem legatā, non tenetur ad eos: si erat fructus industrialis: secus si naturalis. l. quae situm. de acqui. re. do. Cetera dic vt plenē not. in. l. in fideicommiss. ff. de usuris. per gl. & Bar. in. l. si tibi homo. §. cū seruus. ff. de leg. j.

<sup>2</sup> Casus in quo non contestata lite potest procedi ad diffinitiuam parte absente & cō tumace. scilicet super declaratione an falcidia imminet vel non.

LEX

II.

**A**duersus. Cum dubitat an falcidia imminet non cogitur hæres soluere integrū le gatum: nisi legatarius caueat de restituendo, quatenus apparebit per falcidiam detrahendum. vel nisi sit cogni tum & pronuntiatum falcidiam non imminere. h. d. bene tamen cogitur hæres soluere vsque ad dodrantem si legatarius petat. cū illud habeat soluere in omnem euētum. & nisi legatarius hoc pe tat, hæres non tenetur offerre. postquam petit totū hæres, habet iustam causam non offerendi partem: quia non est verisimile q velit partem recipere. iste est casus singularis. & ibi per Bart. in. l. qui iolidum. in prin. ff. de leg. ij. & sic propter partem indebitam

hæres habet iustam causam nō soluendi etiam alteram partem. l. in fideicommissi. ff. de usuris. in prin. & hoc voluit gl. in. l. in in gl. magna. s. e. ibi dum dicit & hoc nihil habet iustam causam hæres. vt. j. eo. l. ij. Sed in quo facit ad ti. ista. l. Respondeo: quia non offeratur cautio, vel non appareat falcidiam non imminere, euentum venit soluenda: & sic non tenetur ad viaras, & ad fru ctus percipiendos. sed si offertur cautio, vel pronuntiatum falcidiam non imminere, extunc constituitur in mora: & tūc veniunt usurae & fructus. eodem modo si legatarius offert se paratū soluere dodrantem. In tex. ibi: [legata morantur. Jd. differuntur soluere. In tex. ibi: [iuris auxiliū. Jdic. s. edicti pratoris. ff. si cui plura quam. per. l. falcidiam. per totum. In tex. ibi: [praetari iudicij ibi supple nisi hæres paratus sit statim probare q falcidia imminet. arg. s. de edic. d. f. adiani. tol. l. ij. cum ibi no. In tex. ibi: [pro tro dato & c. Jled cōtra q imō cum non possit latidare, videtur remittenda latidatio. l. cum nō facile. si cui plura quam. per. l. falcidiam. & sic non habet necesse facere declarari in quo imminet sumptus & labor. Sol. hic quando de praesenti poterit cōstatum imminet vel non: ibi quando non poterat. vt si erant quædam legata pura, & quædam conditionalia: quorum conditio si ex legata excedat dodrantem. & sic imminet falcidia si nō con stat: secus si petantur legata pura pendente conditio: & si tem pore quo erat incertum an debebantur an non legata conditi onalia: tūc procedit quod ibi dicitur. J. In tex. ibi: [partibus suis ha getur. Jno. casum in quo non contestata lite potest procedi ad diffinitiuam parte absente & contumace scilicet super declaratione an falcidia imminet vel non. & c.

LEX

III.

**I** homines. Interitus speciei legatæ post moram pertinet ad grauatum. h. d. Sol. in quo facit ad ti. quia hic non agitur de usuris, vel fructibus. Respondeo: t. est generalis ad omnem causam legatorum prouenientem ex mora: sed si esset in mora per interitum speciei debita liberatur debitor. l. si ex legati causa. ff. de rebo. obli. an autem quando fuit in mora distinguatur remissi perituram pœnes actorem vel non: dic vt no. in. l. q. te. ff. si res petita. & l. nemo. §. si. de verb. obli. per Bar. & c.

## Ad senatusconsultum Trebellianum: & de ince tis personis. Rubrica.

<sup>1</sup> Specialia relicta non continent nisi lucrum: & quid in uniuersalibus? Senatusconsultum trebellianum non habet locum nisi quando quis propriam rem aduocem relinquit per fideicommissum.

<sup>1</sup> Super gl. rubricæ ibi: nunc de generalibus. Tu Jdic imō de vni uersalibus. quādo per fideicommissum relinquitur hæres in ta, vel quora: longa enim est differentia inter vniuersale fideicom missum. & generale. nam dicitur generale, si quis legat vel per fideicommissum relinquere omnes seruos suos, vel omnia res quas habet in tali loco, de quo non tractatur in hoc tim. sed vide quod d habetur in. l. si. §. j. de leg. ij. Et not. q specialia relicta non continent nisi lucrum. vt no. in. l. si hæreditatem. ff. manda. sed fideicommissum vniuersale continet etiam damna & onera. ad quæ fideicommissarius tenetur post restitutionem hæreditatis: vt j. eo. l. si. Sunt quædam alia relicta vniuersalia. in quibus non ha bet locum iste titulus. vt si legaretur mensa, vel pecunia, vel be reditas, non propria ipsius relinquentis, sed alterius: quæ si ob uenisset. de quibus in. l. cum filius. §. j. & l. cum pater. §. mensa. de leg. ij. senatus enim consultum non habet locum nisi quādo quis propriam suam hæreditatem relinquit per fideicommissum. & sic si per viam legati. l. si quis seruum. §. si. cum. l. de q. ff. de leg. ij. & l. mulier. §. si. ad Trebel.

<sup>2</sup> Hæres tenetur creditoribus hæreditarijs, etiam si non habet ultra quartam partem. Si fuit iussus restituere hæreditatem retenta certa re quod tunc non tenetur ad ultra creditorum: sed solum fideicommissarius.

LEX

I.

**L**ex senatusconsulto. Quæ res retenta quarta, nō tenetur creditoribus hære ditarijs: nisi pro illa quarta. ideo si eis soluat inter grū, repetet à fideicommissario pro tribus partibus. hoc d.